GERMANIA
AD NICOLAVM REVSNERVM IC. COM. PAL. CÆS.

ἀναγραμματικῶς.

ADhuc REVS NE *REſtitas*
Mentis parum gratæ, tuæ
Ac patriæ memor parum,
Hoc debitum mi reddere:
Vrbes tuo vt præconio
Meæ legantur publicè:
Vt Italûm pridem oppida
Nimijs vehebas laudibus?
Ergo aut deinceps debitam
Mihi, meis & vrbibus,
Hoc præſtito præconio,
Debere ceſſa gratiam:
Aut certè ad illane Itala
Mittaris exul oppida:
Tuaúe patriæ REVS
NE RVS *colas fruſtrà, caue.*

Ioannes Pappus D.

LECTORI S.

PAgellis quibusdam in prima charta vacantibus libuit carmen iſtud in Coloniam Vbiorum vrbem Imperialem adſcribere: quod non ingratum tibi futurum ſperamus. VALE.

HER-